

legis: Credo tamen, quod simul ac deveniat in actualem possessionem, & postea exeat de re; quod amittit naturalem & retinet civilem, ut infra dico.

Quartò in tantum procedit ista lex, ut habeat locum etiamsi successor majoratus sit absens & ignorans; & aperte colligitur ex ea: Pro quo facit, quia sicut possessio mediante procuratore, servo, vel alio, potest acquirere possessionem, ut in l. 1. Cod. de Acquir. posses. text. in l. Si Glos. procurator la 1. supra, de acquir. rerum dom. & communis opinio, in lege 1. §. Per procuratorem, & in leg. 1. §. Ita acquirimus, de acquir. poss. text. in leg. Labeo ff. de Usucap. ita potest quæri mediante dispositione legis. (b) Confirmatur, quia lex potest conferre beneficium suum invitis; ergo & ignorantibus: text. est in l. etiam invitis, ff. de Acquir. rer. dom. text. in l. Qui potest, ff. de Regul. jur. Quintò in tantum procedit ista lex ut habeat locum, etiamsi successor majoratus sit incertus de rebus, ratione loci & quotæ: ita solus Socin. in leg. 3. §. Incertam, ff. de Acquir. poss. in princ. cujus ratio est, quia sufficit esse certum per legem, & lex semper est certa, ut in l. Cum quidam, §. Suum heredem, de acquir. hered. text. in l. Illud, ff. Si pars her. pet.

Præterea & sextò in tantum ex dispositione istius legis Tauri transit possessio ipso jure in successorem majoratus, ut procedat & habeat locum etiamsi possessio prædictarum rerum sit apprehensa & occupata per alium in vita possessoris majoratus, vel eo mortuo: &

etiamsi ipsemet possessor majoratus tradiderit alteri possessionem prædictarum rerum, (c) & ita expressè determinat ista lex ibi, dum dicit, *aunque haya otro tomado la possession, &c.* In quo similiter est exorbitans & valde notanda: quia si hoc non expressisset, nullo modo transiret possessio quando esset occupata ab alio; quia de jure communi, licet caveatur lege vel statuto, quod possessio defuncti vel alterius continetur in heredem vel successorem universalem vel particularem, debet intelligi, nisi medio tempore, hoc est, in vita defuncti vel post ejus mortem fuerit occupata ab aliquo tertio; quia tunc non continuatur: ita subtiliter probat text. in l. Pomponius, §. Quæsitum, ff. de Acquir. poss. ubi dicit text. quod si in vita defuncti vel post ejus mortem possessio rei, quam defunctus usucapiebat, fuerit occupata ab aliquo tertio, non continuatur heredem, ut detur accessio ad usucapionem complendam: ad idem est text. in leg. Numquam, §. Vacuum, ff. de Usucap. text. in leg. Possessio testatoris, eod. tit. Gloss. notabilis & communis opinio in l. Cum miles, in glos. fin. in fin. ff. ex quibus caus. major. Ergo sic dicamus in nostro casu, quod si legem vel statuto caveatur, quod in aliquem successorem transeat & continuetur possessio ipso jure, intelligatur, nisi ab alio sit occupata: & per illum text. in dict. l. Pomponius, §. Quæsitum, sic inductum, istam conclusionem & doctrinam tenet ibi Cuman. in fin. idem Cuman. in l. Cum heredes, in fin. ff. de Acquir. poss. idem tenet Aret. reputans esse

(b) Et ita tenet Molin. de Primog. cap. 12. n. 24. Tiraquell. de Mort. 2. part. declarat. 17. num. 4. & latius in num. seq. pluribusque & urgentissimis fundamentis probabimus id procedere: Quo fit ut necessarium non sit requisitum à Palac. Rub. hic desideratum: ut scilicet, probare teneatur is qui præterdit in se translata ipso jure possessionem bonorum majoratæ, vocatum esse absque ulla dubitatione ad majoratum post mortem possessoris; de quo plenè ac integre constare debere ait: verum cum lex semper sit certa de vero successore, statimque mortuo possessore transeat possessio in eum, qui verè vocatus est, licet ipse ignoret esse vocatum, vel prædecessorem mortuum, necesse non est ab ipso id probari, ut doctè animadvertit Matienz. in leg. 8. tit. 7. lib. 5. glos. 4. per totam. Sed contrariam sententiam, scilicet successorem majoratus à primo institutore vocatum & ex natura primogen. à lege admissum, prius quam possessio in ipsum transferatur, tenet Palac. hic nam. 2. Gregor. in l. 7. tit. 4. part. 5. verb. Possessio. Mieres in tract. Majoratum 3. part. quæst. 26. per tot. & his non relatis, Molin. lib. 3. cap. 13. num. 12. & 13. Velazq. de Avend. hic glos. 8. num. 8. & 9. ubi eum vocatum ad successionem majoratus dicit, ut possessio hujus legis ei competat; cujus vocatio aut institutio ex conjecturis deducitur; idemque testatur Molin. lib. 3. cap. 13. num. 43.

(c) Sequuntur eandem sententiam Cuman. Jas. Claud. Cassius, Corset. & Ruin. Dec. Affict. cum pluribus relatis à Tiraquell. in tract. de Mort. 2. part. declarat. 15. part. num. 7. Molin. lib. 3. de Primogen. cap. 12. num. 17. Matienz. latè id disputans in dict. l. 8. tit. 7. lib. 5. Recopilat. glos. 5. à num. 1. cum 3. sequentib. & Velazq. hic, gloss. 9. per totam, & gloss. 6. etiam per totam. Gabriel. lib. 5. Commun. opin. tit. de Acquir. posses. concl. 9. num. 18. Suar. in leg. 8. tit. de las Herencias lib. 3. Fori nam. 15. Gregor. in leg. 6. glos. penult. tit. 30. part. 6. Gomez Arias hic num. 6. Covarrub. lib. 3. Variar. cap. 15. cum 6.

singulare & novum in materia in leg. 3. §. Labeo, fin. column. in med. eod. tit. Alexand. non allegando prædictos DD. in Cons. suis, 2 volum. cons. 83. 2. column. tenet etiam & reputat singularem Jas. in leg. Si sorori, Cod. de Jure deli. 2. column. in med. Philipp. Dec. in 4. volum. cons. 467. 2. column. num. 8. idem tenet & commendat Jas. in dict. §. Quæsitum, 1. column. numer. 2. idem tenet ante omnes Joan. de Imol. qui ab aliquo non allegatur in Cons. suis, cons. 16. 2. column. num. 4. ubi plus dicit, & est notabile verbum, quod etiam eo casu, quo sola possessio civilis est occupata, naturalis possessio non transiret in alium virtute legis vel statuti: idem tenet & commendat Barbat. 2. volum. cons. 58. 1. 1. column. num. 20. Contrarium ergo vult hodiè nostra lex Tauri, imò quod transeat possessio etiamsi ab alio fuerit occupata; & hoc est quod significant & important prædicta verba legis: & hoc potuit facere illa lex; quia Princeps condendo legem generalem, potuit auferre illud jus possessionis alicui quæsitum & alteri applicare: argumento text. in leg. Antiochensium, & ibi Bartol. DD. ff. de Privil. cred. & in leg. Si privatus, ff. Qui & à quibus, & in leg. Venditor, §. Si constat, ff. Commun. præd. & in leg. Lucius, ff. de Evic. & in leg. Item si verberatum, §. 1. de Rei vindic. notat Bartol. in Proæmio Digestor. 3. column. Paul. & DD. in leg. fin. Cod. Si contra jus veluti publ. Modern. in leg. Gallus, §. Et quid si tantum de liber. & posthum.

Nunc autem circa istam legem quæro de subtili & necessaria questione, si fortè successor majoratus sit infans, vel furiosus, vel mente captus, an in eum transeat ipso jure possessio virtute hujus legis? Et videtur quod non: Primò, quia in quærenda possessione requiritur animus & voluntas quærendi, ut in leg. 3. & in leg. Quemadmodum, ff. de Acquirend. posses. cum similib. supra, suo loco allegat, sed tales personæ sunt inhabiles & incapaces eorum, quæ consistunt in animo, ut in leg. Divus Marcus in princ. ibi: *Et furore esse, ut continua mentis alienatione omni intellectu careat, ff. de Offic. præsid. text. in leg. Furiosum, Cod. Qui testam. fac. pos. text. in leg. Pupillus si furiosus, ff. de Acquirend. hered. ibi: Quamvis non videatur scire hujusmodi etatis puer: nec enim scire nec discernere talis etas potest non magis quam furiosus, text. in leg. 2. §. Furiosus, ff. de Jure codicill. text. in leg. Qui jurasse, in princ. ff. de Jurejur. ibi: Quamvis pupillus non videatur perjurare, quia sciens fallere non videtur, text. in leg. fin. ff. de Juris & fac. ignor. text. in §. Præterea. Instit. quibus non est permitt. facere testam. cujus verba sunt: Præterea testamentum*

Anton. Gomez, ad Leg. Tauri.

facere non possunt impuberes, quia nullum eorum animi judicium est: item furiosi, quia mente carens. text. in leg. Cum prætor. prope fin. ibi: *quidam natura, ut surdus, mutus, & perpetuo furiosus & impubes: quia judicio carent, ff. de Judic. text. in leg. 1. Cod. de falsa moneta, in versic. Impuberes; ibi: Quia etas eorum quid videatur ignorat. text. in §. Pupillus, post princ. inst. de inut. stipul. ibi: Quia hujusmodi etatis pupilli nullum habet intellectum, text. in leg. Furiosi, ff. de Regulis juris, cujus verba sunt: Furiosi, vel ejus, cui bonis interdicitur, nulla voluntas est, & ex ista ratione non possunt de jure communi acquirere possessionem, text. est in leg. 1. §. Adipiscimur, versic. Sed furiosus, ff. de Acquirend. posses. cujus verba sunt: Sed furiosus & pupillus sine tutoris auctoritate non possunt incipere possidere, quia affectione tenendi non habent: text. in leg. Quamvis, §. Infans, ibi: Nullus sensus infantis est accipiendi possessionem. Ergo eis non potest quæri prædicta possessio civilissima virtute istius legis Tauri. Secundò pro ista parte facit: quia Princeps vel lex civilis positiva non potest tollere nec supplere defectum naturalem: text. est notabilis in leg. fin. Cod. ed. Testam. milit. text. in leg. Discretis, in princ. Cod. Qui testam. fac. pos. text. valdè notabilis in leg. 1. §. Ceterum, ff. de Acquirend. posses. facit bonus text. in leg. Cum prætor, prope finem, ff. de Judic. ibi: *Quidam natura, ut surdus, mutus & perpetuo furiosus, & impubes, quia judicio carent: & istam regulam & doctrinam pro notabili ponit Paul. de Castr. in leg. Qui in potestate, §. 1. in fin. ff. de Testam. idem Paul. in leg. Quidam consulebant, ff. de Reg. jur. post princip. Abb. Panormit. in cap. Cum vigessimum annum, de offic. Delegat. 2. column. num. 2. Bart. in leg. Si queramus, ff. de Testament. 2. column. num. 6. facit etiam doctrinam Innoc. in cap. Sciscitatus, de Rescript. numer. 2. ubi dicit, quod inhabilitas judicis, quæ provenit ab ipsa natura, ut quia sit furiosus vel infans, reddit semper processum nullum, etiamsi illa exceptio non sit apposita à parte; licet secus sit, quando est inhabilitas quæ provenit à lege, ut quod sit infamis, servus, vel mulier; quia judicium valet nisi opponatur ante litem contestatam; quam conclusionem & doctrinam tenet & sequitur ibi Ant. 2. column. num. 20. Imol. 2. column. num. 14. & alii DD. ibi: Ergo per illam legem Tauri non possit suppleri talis defectus naturalis, & sic eis non quæratür possessio. Tertio facit, quia lex positiva etiamsi procedat fingendo, non potest fingere super his quæ sunt impossibilia de natura in genere: text. est notabilis & ibi communis doctrina, in leg. Qui ad certum, ff. de Locat.**

text. in leg. *Adoptio. la. 1. de Adopt. text. in leg. Lex Cornelia in fin. de Vulg. & pup. text. in leg. Qui decem. §. Si cum mihi, in finalib. verb. infra, de solution. text. in §. Minor. Instit. de adopt. text. in leg. Si sponsalibus, §. 1. de Jur. dot. text. notabilis, qui non solet allegari, in leg. *Heredes. §. An ea stipulatio, ibi: Quia talis stipulatio per l. 12. tab. non dividitur, nec potest. ff. Fam. ercisc. textus formalis & expressus in leg. 2. §. fin. ff. de Usufruct. earum rerum quæ usu consum. tenet Glossa ordinaria & ibi communis opinio in leg. Gallus. §. Si ejus in gloss. fin. in fin. de lib. & posthum. Glos. notabilis & ibi DD. in leg. 3. in gloss. 1. ff. Pro socio, tradit Bart. in leg. Si is qui pro emptore 9. column. num. 21. & latius Jas. ibi, num. 211. Bartol. in leg. *Eandem. ff. de Duobus reis, 1. column. & ibi Angel. & Imol. Bartol. in leg. Sub conditione, de solut. Ergo virtute illius legis non potest transferri prædicta possessio in successorem majoratus, infantem vel furiosum, vel aliàs inhabilem à natura.***

Sed his non obstantibus, teneo contrarium, imò, quòd etiamsi successor majoratus sit infans, furiosus, vel mente captus, vel surdo & mutus à natura, transeat in eum illa civilissima possessio, & habeat locum illa lex & ejus dispositio: (d) Primò, quia considero quòd ista acquisitio possessionis non fit, nec inducitur à lege mediante aliquo actu exercendo in infantis persona vel furiosi, sed provenit & transfertur ipso jure à lege: unde in his, quæ sunt juris, lex potest disponere sine medio alicujus actus vel fictionis, nulla habita consideratione ad habilitatem personæ, ut supra dixi, & conclusi: unde jura superiora in contrarium adducta loquuntur quando aliquis actus deberet exerceri per infantem vel furiosum, & probat bonus text. juncta communi sententia in leg. *Cum pater. §. Surdo, de Legat. 2. ubi surdo & mutuo & inhabili quæritur legatum & onus ejus. Secundò pro ista mea sententia & conclusione facit text. in leg. *Quamvis. §. Infans, ff. de Acquir. posses. cum simili, ubi disponitur, quòd infans vel furiosus mediante tutore vel curatore potest quærere possessionem, quia suppletur judicium infantis vel furiosi per eos: ergo, à fortiori, mediante lege, possit eis quæri possessio, & suppleri judicium. Tertio facit text. in leg. Si**

...

(d) Prout in specie tenet Gregor. in l. 7. part. 5. glos. 1. in fin. Tiraquell. in tract. le Mortu saisi le vif. declarat. 16. 2. part. num. 3. & latius in declarat. 17. Molin. lib. 3. de Primogenit. cap. 12. num. 24. Matienz. latè in dict. l. 8. titul. 7. lib. 5. gloss. 1. num. 25. inducens ad hujus sententiæ comprobationem l. 3. in princip. ff. de Acquir. posses. noviterque intelligens; Miet. in tract. Majoratus 3. part. quest. 2. num. 4. ad fin. ubi hanc possessionem ei qui est in utero competere docet in num. 5. & per totam quest.

servo furioso. ff. *Usucap. text. in leg. 1. §. Item acquirimus. ff. de Acquir. posses. ubi habetur, quòd infans vel furiosus possunt acquirere possessionem, & usucapere vel præscribere mediante servo proprio: ergo à fortiori mediante lege. Quartò pro ista sententia & conclusione facit text. notabilis in proposito in leg. *Jubemus, in fin. Cod. de Emancip. liber. ubi emancipatio & ejus effectus, quia est juris, potest fieri per patrem, & acquiritur filio infanti & omnino carenti intellectu & consensu, ex sola dispositione illius legis: ergo eodem modo acquiritur possessio & ejus effectus in casu nostro, ex dispositione hujus legis Tauri. Quintò facit subtile fundamentum; nam licet additio hæreditatis & ejus acquisitio requiratur animi declarationem verbo vel facto, ut in leg. *Pro hærede, & in leg. Gerit. & quasi per totum. ff. de Acquir. hæred. tamen in casibus, in quibus hæreditas & ejus dominium ipso jure acquiruntur ex potentia suitatis, vel aliàs, quæritur etiam infanti & furioso: textus est notabilis & expressus in l. *Antistius. §. fin. ff. de Acquir. hæred. & ibi notat Bald. Aretin. Ang. & communiter alii DD. & illum ad hoc summè notat Jas. in leg. *Ex facto. ff. de Vulgar. & pupil. 12. column. num. 36. text. in leg. fin. §. Sin autem perpetuus, Cod. de Curat. furios. & ibi notant Bart. Bald. Salycet. & communiter DD. text. in leg. *Lucius, ff. de Jure fisci, text. in leg. *Qui duos. §. Cum in bello. ff. de Reb. dub. tenet notabiliter Bart. in leg. *Ventre præterito, 6. column. num. 18. versic. 3. reg. ff. de Acquir. hæred. & ibi communiter Modern. idem Bartol. in leg. *Si infanti, 4. column. num. 10. Cod. de Jure deliber. & ibi Alexand. & communiter DD. facit etiam text. singularis & unicus in suo casu secundum Paul. & Modern. ibi in l. *Si infanti, Cod. de Jure deliber. ubi habetur, quòd si hæreditas est delata alicui infanti, & talis infans decedat hæreditate non adita, illa hæreditas & plenum dominium ejus censetur ipso jure quæsitum infanti, & transmittitur & quæritur postea, ipsi patri superstiti ex beneficio illius legis: ergo eodem modo dicamus in nostro casu, quòd ex dispositione hujus legis Tauri quæritur possessio ista civilissima successorum majoratus, etiam infanti vel furioso. Sextò, pro hac mea sententia & conclusione facit: quia dignitas regalis, ducatus, vel cujuscumque majoratus, & ipsa jurisdicção, quæ defertur jure successionis, transit etiam in infantes, vel furiosos, vel omninò inhabiles, licet administratio non possit per eos exerceri, sed per tutorem, curatorem, vel coadjutorem: text. est in cap. *Grandi, de Supplen. negligent. prælat. lib. 6. & ibi communis opinio: facit etiam bonus textus in leg. 1. & 2. Cod. de Tutoribus vel Curatoribus illustrium vel clarissimarum personarum, & ibi notant Albert. Angel. de Perus. & communiter DD. text. in cap. 1. §. 1. versic. *Personam. Per quos fiat investitura, in usib. Feudor. & istam doctrinam & conclusionem tenet Bald. in cap. *Cum vicesimum amum de offic. Delegat. 1. column. num. 5. tenet etiam notabiliter Angel. de Perus. in leg. *Cum prætor. §. Non autem. ff. de Judic. num. 2. & ibi Paul. de Castr. & ante eos Alberic. Ergo mediante prædicta lege transeat hodiè possessio & effectus ejus in successorem majoratus etiam infantem, & furiosum, per nostram legem; cum sit jus pertinens & annexum in rebus majoratus, & ejus successionem & dignitati.**************

...

...

ratus, & ipsa jurisdicção, quæ defertur jure successionis, transit etiam in infantes, vel furiosos, vel omninò inhabiles, licet administratio non possit per eos exerceri, sed per tutorem, curatorem, vel coadjutorem: text. est in cap. *Grandi, de Supplen. negligent. prælat. lib. 6. & ibi communis opinio: facit etiam bonus textus in leg. 1. & 2. Cod. de Tutoribus vel Curatoribus illustrium vel clarissimarum personarum, & ibi notant Albert. Angel. de Perus. & communiter DD. text. in cap. 1. §. 1. versic. *Personam. Per quos fiat investitura, in usib. Feudor. & istam doctrinam & conclusionem tenet Bald. in cap. *Cum vicesimum amum de offic. Delegat. 1. column. num. 5. tenet etiam notabiliter Angel. de Perus. in leg. *Cum prætor. §. Non autem. ff. de Judic. num. 2. & ibi Paul. de Castr. & ante eos Alberic. Ergo mediante prædicta lege transeat hodiè possessio & effectus ejus in successorem majoratus etiam infantem, & furiosum, per nostram legem; cum sit jus pertinens & annexum in rebus majoratus, & ejus successionem & dignitati.****

113 Imò quòd magis est, non solum in hæredem vel successorem potest per legem induci quòd transeat possessio; sed etiam in hæreditatem jacentem: ita probat textus singularis & subtilis in leg. *Cæptam. ff. de Usucap. ubi patet, quòd hæreditas jacens potest complere usucapionem vel præscriptionem cæptam per defunctum, quòd quidem non posset procedere nisi mediante possessione quæ sit continuata in hæreditate jacente: Facit textus in leg. *Gerit. ff. de Acquir. hæred. ubi dicit, quòd talis possessio transit in hæreditatem jacentem; & ibi notat & declarat Paul. 2. column. & alii DD. Sed veritas est, quòd in hæreditatem jacentem nulla vera nec propria transit possessio, etiam quoad usucapionem, vel præscriptionem: sed in illo casu specialissimo, necessitatis causa, ne quotidie interpelletur usucapio vel præscriptio, introductum est, quòd mediante titulo & possessione defuncti hæreditas jacens possit complere illam sine aliqua possessione: ita tenent & declarant Angel. Paul. de Castr. Joan. de Imol. & communiter DD. in dict. leg. *Cæptam. ff. de Usucap. tenet etiam & declarat Paul. de Castr. & alii DD. in leg. *Nunquam. §. Vacuum, eodem titul. Secundò pro ista parte, quòd per legem vel statutum possit fieri quòd in hæreditatem jacentem transeat ipso jure possessio, facit textus notabilis in leg. *Hæreditas in multis. ff. de Acquir. rerum dominio ubi dicit, quòd illud quòd non requirit exercitium alicujus facti, potest transire in hæreditatem jacentem, ubi habetur, quòd quando fit transmissio, in aliud verò non: sed possessio, jus, & effectus intelligitur de eadem hæreditate defuncti, & de ejus potest per legem ipso jure transferri sine exercitio alicujus actus vel facti, ut supra di-*****

Antou. Gom. ad Leg. Tauri.

xi & conclusi: Ergo bene poterit virtute legis transferri possessio in hæreditatem jacentem, sicut transit Dominium, & obligatio, & cætera jura: & in specie reperio quòd ita notabiliter tenet & determinat Philipp. Dec. in consiliis suis 4. volum. consil. 467. qui bene loquitur.

114 Præterea circa istam legem quæro de nova & subtili quæstione: Si illa possessio, quæ transfertur ex dispositione illius legis, sit illammet & eadem possessio quæ erat penes defunctum, vel sit alia nova & realiter distincta possessio? Constat enim, quòd in casu quo post mortem defuncti hæres vel successor universalis apprehendit possessionem, illa est nova & realiter distincta possessio, & non vetus vel antiqua quæ erat penes defunctum: ita probat textus expressus in leg. *Cum hæredes. ff. de Acquir. posses. & ibi notat & declarat Paul. de Castr. & alii DD. ad idem est textus in §. 1. ejusdem leg. ibi: *Nova possessione opus sit, & idem est in quolibet successore particulari, qui mediante contractu apprehendit possessionem; quia sua possessio erit nova, & non illa quæ erat penes tradentem: ita probat textus notabilis & unicus in suo casu secundum Bartol. & DD. ibi in leg. *Si is qui pro emptore. §. Si quis bona fide. ff. de Usucap. ibi: *Quia initium secundæ possessionis vitiosum est. textus in leg. *Qui fundum. §. bona fide ibi: *Quia initium secundæ possessionis. ff. Pro emptor. Dubium ergo est in casu hujus nostræ legis, an ista possessio quæ transit in successorem majoratus, sit illa quæ erat penes defunctum, an alia nova & distincta? In quo subtili articulo dico, quòd videtur quòd sit eadem possessio: Primò, ponderando illam legem, in quantum dicit *se transpasse: nam illud se, est relativum substantiæ, & videtur referri ad possessionem defuncti, & non ad aliam; quia alia non est quæ transferri possit: ergo illammet possessio est quæ transfertur. Rursus & secundò pro ista parte pondero istam legem, in quantum dicit *transpasse: nam propriè transferri dicitur aliquid ens de uno ad alium argumento text. in leg. *Nemo plus juris, ff. de Regul. juris. text. in leg. *Traditio, in princip. supra, de acquir. rer. domin. textus in leg. *Si quis filium. §. 1. de Acquir. hæred. textus in leg. *Illud. §. final. ff. de Contra tabul. textus in leg. *Apud hostes. Cod. de Suis & legit. hæred. textus in leg. 3. Cod. de Jure deliberan. textus in leg. *Cum antiquioribus, eodem titul. textus in leg. *una. Cod. de His qui ante apert. tabul. ubi habetur, quòd quando fit transmissio, in eodem jure sibi competenti: ex quo dicebat Bald. in *Authent. defuncto, Cod. ad Tertul. 2. column.****************

lumn. post princip. quod in casibus, in quibus aliquid transmittitur, idem transmittitur. Tertio facit, quia quando possessio acquiritur per hæredem, vel successorem universalem vel particularem, mediante suo facto, & mediante vera & naturali apprehensione, prout quærebatur de jure communi, illa bene erat nova & distincta possessio; & ita procedunt & debent intelligi iura superius per me allegata: sed in casu hujus legis transfertur possessio ipso jure sine aliquo actu: ergo illam quæ erat penes defunctum: Et in expresso ita reperio quod tenet Bald. in Rub. de causa posses. & propr. 2. column. in med. num. 11. ubi expressè dicit, quod si mediante statuto transfertur possessio in hæredem, illa est potius continuatio, possessionis quam nova possessio: idem apertè tenet Bald. in Authent. de functo ad Tertullian. 2. column. num. 6.

Sed his non obstantibus, ego teneo contrarium, imò quod possessio, quæ hodiè per istam legem transit in successorem majoratus, sit nova & realiter distincta possessio, & non illa quæ erat penes defunctum: Primo, quia considero quod ista nostra lex solùm intendit disponere & vult quod possessio quæretur & transeat in successorem majoratus sine aliquo actu apprehensivo, & in alio non se intromittit: Unde erit nova possessio, non verò illa quæ fit penes defunctum. Secundo pro hac mea sententia & conclusione considero valde subtiliter verba illius legis, in quantum dicit, quod in successorem majoratus transeat possessio, etiam si possessio rerum majoratus sit occupata per alium in vita possessoris majoratus, vel post ejus mortem, vel etiam si ipse possessor majoratus in vita tradiderit alteri possessionem earum: Si enim possessio erat ab alio tertio occupata in vita possessoris, præcedente voluntate & traditione ejus, vel non præcedente; ergo jam primus possessor majoratus amisit possessionem in ejus vita: Si amisit; ergo illa, quæ transit in successorem, non est illa quæ fit penes defunctum, cum fuerit amissa; sed erit nova & alia penitus distincta, (e) nec obstat prima consideratio quam feci ad istam leg. in quantum dicit se: Quia respondeo, quod illud verbum debet referri ad ipsam possessionem.

(e) Ita etiam affirmat Gregor. Lop. in leg. 1. tit. 4. de Donat. part. 3. glossa 1. post med. verba. Sed quid si iste, Molin. lib. 3. de Primogenit. cap. 12. num. 22. Matienz. in leg. 8. titul. 17. libi. 5. Recopilat. glossa 5. num. 7. Cassius in Epitome feudorum part. 6. charta 5. Tiraquell. in tractat. de Mort. part. 5. num. 1. Velazq. de Avend. hic, glossa 6. num. 10.

(f) Ex quo potest inferri, quod si lege vel statuto caveatur, quod ex novo dominio vel possessione quæsitæ solvatur certa pensio vel gabella regi vel alteri domino temporalis, solvetur de ista possessione de novo per legem quæsitæ; non verò solvitur de eadem antiqua possessione in successorem vel alium continuata.

nem quæ de novo transfertur ipso jure mediante ista lege, non verò ad primam antiquam possessionem. Non obstat etiam secundum fundamentum, in quantum dicit ita lex transpase. Quia respondeo, quod quando apertè constat in lege vel dispositione, quod agitur de transferenda aliqua hæreditate, vel transferenda aliqua re vel jure determinato, vel secundum subjectam materiam de alio non potest intelligi; tunc de illa re vel jure intelligitur: secus verò in nostro casu, ubi non constat quod loquatur de eadem antiqua vel prima possessione, imò repugnat regulis juris; quia tunc oportet intelligere nostram legem in nova & realiter distincta possessione; & ultra hoc, verba nostræ legis hoc significant, prout ponderavi. Et istud est quod teneo & sentio in hoc subtili articulo. (f)

Ulterius circa istam legem quæro: Si talis successor majoratus, in quem virtute hujus legis est translata possessio, perveniat in veram & actualem possessionem rerum, si statim desinat habere illam legalem & civilissimam possessionem, & acquirat veram & propriam possessionem acquisitam ex actu vero & naturali apprehensione? Et breviter teneo quod sic: imò, quod magis est, dico, quod in omnibus casibus, in quibus quis acquisivit possessionem per clausulam constituti, vel per quemlibet alium actum fictum, si postea talis possessor perveniat in veram & actualement possessionem quæsitam per actum naturalem apprehensionis, statim cessat illa possessio quæ sita per actum fictum, & acquirit novam possessionem quæsitam per actum verum & naturalem, ita singulariter tenet solus Franc. de Aret. in leg. Quod meo. 2. column. prog. fin. numer. 11. ff. de Acquirend. posses. licet contrarium videtur tenere Bald. in cap. 3. §. Si facta num. 5. si de feudo fuerit controversia inter dominum & vassallum. Pro qua sententia mea & Aretin. facit primò textus ille singularis in 1. Qui habet ff. ad Tertul. ubi probatur, quod quando in aliquo actu concurrunt duplex causa, una naturalis & alia accidentalis, semper prævalet & est attendenda naturalis: & ad hoc illum text. dicit singularem & unicum Alberic.

ibi, in princ. notant etiam & commendat Bartol. Bald. & commun. alii DD. & notat & commendat Bald. ubi plura bona ex illo textu infert, in leg. 1. Cod. de Curato. furio. 1. column. in princip. & notat & commendat Jas. in leg. Si arrogator. ff. de Adoption. num. 43. Secundo pro ista subtili conclusione facit bonus textus in leg. Fundo legato. ff. Ad leg. Falcid. ubi dicitur, quod ille qui est factus dominus ex una causa, si superveniat alia causa, quæ habet originem vetustiore, statim desinit habere ex illa ex qua effectus erat dominus, & incipit habere ex vetustiore: & ad hoc notat ibi Paul. & Imol. & communiter DD. Bartol. in leg. 3. §. Ex pluribus. 2. column. 5. oppos. & in 3. column. ff. de Acquirend. poss. melius & notabilius ibi Paul. de Castr. penultim. column. in princip. versic. Notandum, & post eum communiter Moderni. Sed in nostro casu concurrunt causa legalis vel artificialis (hoc est, acquisitio possessionis mediante ista lege per actum fictum inductum à lege civili) & concurrunt causa naturalis apprehensionis, quæ originem vetustiore habet, cum illa descendat à jure naturali: Ergo illa potius attendatur. Tertio facit textus in leg. His verbis. ff. de Adopt. per quem tenet Bald. in leg. Non enim aliter, eodem tituli. 1. lectur. 2. column. num. 4. quod ubi habemus veritatem non inquirimus fictionem. Quarto facit textus notabilis in leg. Generaliter, in princip. ff. de Fidejuss. ubi, si in aliquo actu vel persona concurrunt plures qualitates vel obligationes ad eundem effectum tendentes, semper attenditur illa quæ potentior & principalior est: ad idem est textus, ubi notant Paul. & DD. in leg. Si reus. ff. de Duob. reis, notat Bartol. in leg. 2. post princip. ff. de Verb. obligat. textus in leg. Querit. de statu homin. & ibi notant Bart. Bald. Angel. & communiter DD. textus in Authent. utaque com. soc. c. 5. Quinto, textus notabilis in leg. Ex facto, ff. de Vulg. & pupil. ubi, si pater habet à Principe facultatem substituendi pupillariter filio suo mortuo, si postea talis filius filios legitimos habuerit, revocatur talis licentia, & substitutio; quia illa causa ficta & specialis substitutionis cessat, superveniente causa vera & naturali, in cuius defectum fiebat. Sexto, textus in leg. Humanitatis. Cod. de Imper. & allis, versic. Ita tamen, ubi, si est facta substitutio exemplaris filio mente capto, expirat ipso jure adveniente sana mente. Septimo, textus in leg. Cum res. Cod. de Contr. emptio. ubi probatur, quod quando in acquisitione possessionis concurrunt plures cause vel tituli, quarum una est valida plena & perfecta, ex illa sola & non alia quæritur possessio: ergo sic dicamus in proposito, quod per veram & naturalem apprehensionem rei majoratus esset prima possessio legalis civilissima, vel quælibet alia quæsitæ per actum fictum.

Ex qua sententia & conclusione sic confirmata ego singulariter infero, quod licet hodiè per istam nostram legem successor majoratus habeat utramque possessionem civilem & naturalem etiam in absentia, ut supra dixi & conclusi; tamen illud erit verum, si adhuc talis successor non apprehendit veram & naturalem possessionem rerum per naturalem apprehensionem: si verò talis successor perveniat in veram & naturalem possessionem per actualement apprehensionem, & postea se absentet; tunc non retinebit in absentia possessionem naturalem, sed solam civilem; quia jam cessavit illa civilissima possessio. Item etiam poterit amittere etiam civilem possessionem per longam absentiam, vel per eos modos per quos alius possessor amitteret. Nec obstat, quod ista lex nostra Tauri transtulit possessionem successoris majoratus, etiam in absentia: ergo etiam hodiè in absentia retineat; quia facilis iura nostra conservamus, quam acquiramus de novo, ut in leg. 1. §. Quod ait ff. de Superf. & tenet Glossa notabilis ordinaria in leg. 1. in glossa 2. ff. de Acquire. posses. Ergo &c. Quia respondeo, quod nostra lex inducit de novo in successore majoratus ex justa & necessaria causa; tamen, postquam successor apprehendit possessionem per actum naturalem, & se absentat, ipse perdit eam sua propria culpa, & lex non providet tali casu. Ex qua sententia & conclusione sic confirmata infero notabiliter, quod in casibus in quibus ipso jure, ex legis dispositione, quis consequitur dominium, ut legatarius fideicommissarius, donatarius causa mortis, vel similis, si postea verè & naturaliter apprehendat rem, vel sibi sit facta traditio, cessabit illud dominium legale & dativum, & consequetur verum & proprium dominium acquisitum per actum naturalem, & omnem effectum ejus. Item pro declaratione nostræ legis quæro, an ista lex & ejus dispositio habeat locum & procedat in quibuscumque bonis vinculis & subjectis restitutioni ratione alicujus contractus vel ultimæ voluntatis, scilicet in casibus in quibus gravamen afficeret rem, ut in eis transeat possessio ipso jure in successorem? Et teneo quod non, imò quod solùm habeat locum & procedat nostra lex in rebus majoratus, qui sit constitutus cum licentia Principis: Et ratio vera & fundamentalis est, quia talia bona proprie dicuntur esse majoratus in nostro regno, ut in leg. 4. r. cum 3. sequentibus supra, his l. Taur. alia verò bona, licet sint vinculata, non tamen dicuntur majoratus, cum in eis non interveniat prin-